



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De verbis Daud, Elegi abiectus esse in domo Dei mei. tit. 194

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

spiritus, an ex Deo sint. Ergo qui non habet approbationē Ecclesiæ, id est, cōcilij, in suis glossematis scripturā, hic sine peccato non potest illi consentire. Catholica ergo doctrina approbata est. Sic vtraque lex, Cæsarea & Pontificia decernunt, quòd similis culpa est, prohibita discere vel docere, vel primū inuocare.

Tertiò, an claudicare in ambas partes, sit peccatum. Propheta Helias 3. Reg. 18. correxit populū, inquiens: Vsq̄uequò claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum, & populus non respondit ei verbum: si ergo non fuisset peccatum, claudicare, Propheta nō correxisset. Commendat scriptura Tobiam de rectitudine animi tempore vitulorum, Tob 1. & Machabæos, 1. Machab. 1. tempore Antiochi, filios Rechab, tempore Ieremiæ prophetæ, Ierem. 35. Sic Eusebius lib. 1. tripart. histor. cap. 8. notat historiam, quomodo Constantinus Imperator probauit constantes, & cetera. Sic scriptura taxat inconstantes, Eccl. 2. v. dupli corde Iacob. 1. Vir duplex animo, in cōstans in omnibus vijs suis. Apocal. 3. Vtinam frigidus aut calidus esset, igitur Nicodemistæ non sunt laudandi, Ioan. 3. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, Romanor. 10. Firmam igitur fiduciam & constantiam cordis exigit Deus. Quis maritorum patitur vxorem, simul cum ipso & alio misceri, & sic claudicare?

DE VERBIS DAVID, *ELigi abiectus esse in domo Dei.*

TITVLVS CXCIIL.



HAEC verba propheta Dauid psal. 89. dicit, differentiam ponens inter habitatores in domo Dei, id est, vnitatem Ecclesiæ & extra illā in tabernaculis, id est, congregationibus hæreticorum, Nam de-

mus Dei fundata est supra fidei & dilectionis vnitate, & ibi habitat Deus. Hæc duo simul iuncta reperiuntur in vnitatem catholicam, id est, fides in Christum, & charitas erga proximum. Sectæ tamen si iactent fidem, non tamen habent dilectionem, id est, vnitatem catholicam, hæc vnitas est domus, vbi passer inuenit requiem, id est, conscientia quiescit, & secura est de fide, vt quod Deo placeat. Hic turtur habet nidum, vbi reponat pullos suos, id est, opera bona, alioqui extra illam nec hymnus, nec oratio, neque spes, neque felicitas habetur aut placet. Ideo inquit Erasmus de amicabili concordia in hunc Psalmum: Hæreticorum virtutes & opera, extra Ecclesiam nihil sunt. Perseueremus igitur in vnitatem Ecclesiæ, quia ibi est quies beata.

Secundò, hanc regulam secuti sunt omnes sancti patres orthodoxi, Augustinus, Irenæus, Cyprianus, Chrysostomus, Athanasius, &c. qui potius subsannationem elegerunt, & manserunt in vnitatem catholicam, quam cum hæreticis esse in magno honore & reuerentia. Sic Moyses & Aaron cum populo, elegerunt magis abiecti esse in domo Dei, id est, vnitatem, quam in gloria cum Dathan, Chore & Abiron. Numer. 16. Nolebant thuribulo illorum flectere genua. Prædicarunt Hæretici remissionem omnium peccatorum, & quis occideret Augustinum, Cypriano magna contempsisset gloria, si Nouatianis contempsisset. Sic Arriani Ambrosium Mediolanensem & Athanasium, Alexandria Episcopum opprobrijs inceserunt &c. Summa, hoc quærunt sectæ verbis contumeliosis, verbis, persecutionibus, vt illis iungamur, & ipsi tamen nolunt vniri Ecclesiæ catholice: quo fit, vt orthodoxi eligant abiecti à sectis esse, & habitare in vnitatem Ecclesiæ &c.

Tertiò, August. Epist. 48. Multi putant nihil interesse, vbi fides Christi teneatur, vel extra aut intra Ecclesiam,

clesiam, sub vnitatē catholica, aut extra modo Deo honoretur, & fides in Christum teneatur. Nihil ergo est illa vnitas? Quod si hoc verum est, cur Paulus iugere iubet schismata, 1. Corinth. 1. & rogat vt vno ore &c. Roman. 15. & dicit Gala. 5. sectæ non possidebunt regnum, & 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem &c. & Ioannes, 1. Ioan. 4. cur adedò exigit dilectionem, vt dicat illum mendacem, qui illa caret? Non enim peccatum aliud est, quod ita Apostoli insectantur & odiũ, vt schisma. & S. patres, Augustinus, cyprianus, &c. cur tantas persecutiones pertulissent propter vnitatem Ecclesiæ, quam docuerunt & defenserunt, si idē esset, intra vel extra ecclesiā in Christum credere?

Itē, si idem esset, cur Deus præcepit, Num. 16. Moyse, vt diceret populo, Separamini de medio congregationis huius, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum: & quare solum sectarios deglutiuit terra, & non etiam alios? & Gen. 4. ambo iuuocârunt vnum Deum, Abel & Cain, vni Deo sacrificarũt, At quare Abelis sacrificiũ acceptatur, & non etiam Cain: si idem est, extra charitatem id est, vnitatem, & intra, Deum colere? Non ergo idem est, &cæt. omnis etiam persecutio facta contra Patres, est propter vnitatem catholicam: nolebant esse sectarij.

*QUAE SVNT SIGNA
vera Ecclesia catholica, &
qua falsa.*

TITVLVS CXC.V.



PRIMò, scriptura notat aliqua signa, per quæ nobis significat & ostendit, vbi sit falsa Ecclesia. Primũ est dissensio inter hereticorũ. Hoc ab initio notatũ quod in principio concordat secte, sed statim diuiduntur,